

vel fructus percipere nequit, nisi a die qua rem petierit vel obtinuerit ab heredibus, legatariis universalibus aliisve ad quos hereditas devoluta est. (C. C. aa. 1011, 1014)

2º Heres ab intestato vel testamentarius non peccat contra justitiam commutativam, si legatarium de legato non monet (saltem quando haec donatio, ut fere contingit, notario innotuit), vel non sponte ei legatum defert. Nam, cum lex statuerit *petenti* legatario rem legatam esse tradendam, heres, salva justitia, exspectare potest donec petatur. (Marres, l. 1. n. 362)

3º Fructus rei legatae debentur legatario a die obitus, etiam sine ulla petitione, si testator diserte in testamento hanc voluntatem suam esse declaraverit, vel si pensio aut census vitalicius pro alimentis legatus fuerit. (a. 1015)

4º Si legatur res indeterminata, ex. gr. ovis e grege, heres non tenetur ad dandam rem optimae qualitatis; nequit tamen obtrudere rem qualitatis infimae. (a. 1022)

5º Si quid dandum est *pauperibus*, nec quidquam aliud per cognitam testatoris intentionem determinatur, id distribuere licet iis omnibus qui, secundum condicionem suam, in necessitate versantur; intelleguntur etiam Religiosi Mendicantes et opera pia. Per se etiam praferendi sunt pauperes illius loci in quo defunctus domicilium habuit et testamentum condidit. Potest quoque ipse distributor partem talis eleemosynae sibi applicare si revera, sensu supradicto, pauper est, dummodo non constet aliunde, ex. gr. e legato quod ipsi personaliter relictum fuerit, id a mente testatoris alienum esse. (Lugo, disp. 24, n. 279 seqq.)

6º Regulariter quod testator jussit dari pauperibus, non licet totum tradere uni, sicut nec licet inter plures dividere quod uni dari jussit. Nam plerunque frustraretur defuncti intentio a fine aliquo quem obtinere intendebat, ex. gr. ut plures pro anima ejus orarent. Excipe tamen, si quando probabiles rationes suaderent ejus intentionem fuisse ut libera electio inter utrumque modum heredi relinquetur. (Lugo, l. c. n. 285 seqq.)

7º Si quid legatum est pro consanguineis testatoris, intelleguntur illi qui, juxta legem civilem, ab intestato succedunt. (n. 667) Inter hos poterit heres quoslibet eligere, omissis proximioribus et pauperioribus, quando legatum ejus electioni committitur; praferendi autem erunt proximiores et pauperiores, quo ordine vocantur a Jure civili, quando legatum immediate fit pro consanguineis alendis vel dotandis. (Lugo, l. c. n. 289 seqq.) Quaedam de legatis condicionatis vide supra (n. 595 seqq.), ubi de obligationibus accidentalibus contractuum in genere.

**681. II. Substitutio**, in Jure nostro (C. C. a. 896), intellegitur dispositio qua donatarius, heres vel legatarius jubetur rem acceptam

retinere et tertio reddere. Juxta opinionem communiorum Jurisperitorum, substitutio sensu stricto non habetur quando donatarius etc. jubetur rem servare ad tempus determinatum, ex. gr. ad decem annos, sed tantum quando eam servare jubetur usque ad mortem suam. (Marres, l. 1. n. 330) Nullatenus autem reputatur substitutio ea dispositio qua tertius designetur cui conferatur donum, hereditas vel legatum, si quando donatarius etc. illud non assequeretur. (C. C. a. 898) Aliter omnino substitutionem fideicommissariam Jus Romanum definiebat.

De substitutione, in Jure nostro, sequentia sufficient ad scopum nostrum:

1º Jure civili prohibetur et irrita declaratur omnis substitutio, sensu supra statuto, ita ut nullum inde jus etiam donatario vel legatario oriarur. (a. 896) Excipiuntur tamen quaedam substitutiones quae patribus ac matribus et fratribus ac sororibus permittuntur in favorem nepotum: de quibus videsis C. C. a. 1048 seqq.

De hac nullitate, quando substitutio ad causam profanam fit, idem videtur dicendum quod supra (n. 674) de testamentis informibus dictum est. Hinc is cuius interest, potest in conscientia rescissionem hujus dispositionis petere; qui rem substitutione affectam detinet, potest eam servare donec heres eam petat; hac petitione facta, debet rem heredi restituere: quod faciendum erit etiam ante judicis sententiam, si nullum dubium est de nullitate legati ob additam substitutionem. Nulla autem obligatio heredibus vel executoribus testamentariis incumbit ut substitutiones exsequantur. Tandem si quaeratur num liceat rem legatam accipere cum animo non implenda substitutionis quae legato adjungatur, utpote lege civili irritatae, censemus respiciendum esse ad praesumptam voluntatem testatoris, a qua legatum omnem vim suam naturalem ducat: id igitur licitum esse, si praesumi potest voluisse testatorem ut res omnino fieret primi legatarii et secundario tantum intendisse traditionem ulteriorem; illicitum vero, si satis appareat principaliter intendisse testatorem ut per manus primi legatarii res ad tertium transiret.

2º Substitutio ad causas pias, in foro conscientiae, exsequenda est: nam Jure Canonico, quo donationes piae reguntur (n. 675), valida habetur. Exemplum habes in eo qui domum suam legat Petro ea conditione ut is moriens eam leget ecclesiae parochiali. Quodsi, ut fit in Jure nostro, ipsum legatum ob additam substitutionem irritatur, heres non tenebitur ad exsequendum legatum quatenus profanum est, puta, in exemplo dato, ad tradendam domum Petro, sed tantum ad curandum ut causa pia obtineat id quod illi, vi testamenti, competit: nullam enim aliam obligationem habet quam ut pia dispositio effectum suum sortiat. Poterit itaque rem legatam, ex. gr. domum illam, in sua vel aliorum

quorumlibet possessione servare, quamdiu Petrus vivet, aut si id forsitan impossibile vel piae dispositionis executioni periculosum foret, alia ratione aequivalente compensare valorem juris quod causae piae per illam substitutionem concessum sit. Cfr. Waffelaert, I. n. 568; Marres, I. 1. n. 333.

## § 5. DE REVOCATIONE TESTAMENTORUM.

**682.** Qua ratione testamentum revocari vel caducum fieri, i. e. effectu suo privari possit, exponit C. C. aa. 1035-1047. Hic tantum quaedam principia ad forum conscientiae pertinentia de facultate revocandi testamento subjiciemus :

1º Per se, ex omni Jure et speciatim nostro (a. 895), testamentum, etiam ad pias causas factum, a testatore, quoad vivit, revocari potest.

2º Promissio non revocandi testamentum, ex Jure civili, est nulla. Ideo si quis eam fecit, servat semper mutandi testamenti facultatem, etiam si altera pars, ex. gr. conjux idem pro testamento suo promisisset : nam, cum dispositionem illam legislator civilis in materia sibi subjecta ad bonum commune tulerit, nequeunt privati se spoliare jure quod illis a lege conceditur. Altamen promissio, quae facta esset, non mutandi testamenti nisi monitione praemissa, servanda foret, nisi justa causa a monitione facienda excusaret. (Gury, Cas. t. I. n. 845 seqq.)

Quodsi tali promissioni adjectum esset juramentum, certe, in Jure nostro, non firmaretur promissio ita ut inde justitiae obligatio nascetur ; immo, secundum probabilem sententiam, ne religionis quidem obligatio ad testamentum non revocandum urgeret. Cfr. n. 599.

3º Promissio non revocandi testamentum ad causam piam factum, censemur, ex Jure Canonico, valida quando ab homine acceptata fuit. Ab intentione autem promittentis pendet utrum se ad omittendam revocationem e mera fidelitate, ac proinde sub levi tantum, an e justitia, ac proinde, e genere suo sub gravi, obligare voluerit. (n. 607)

Quodsi promissio haec juramento firmata sit, Jure Canonico et Romano convalescit. Ideo habebitur gravis obligatio, saltem ex religioné, ad testamentum non revocandum : a qua tamen obligatione dispensare poterit qui facultatem habet relaxandi vota et juramenta. (Marres, I. 1. n. 348)

## ERRATA.

- Pag. 181, no 203, 3º, lin. 2, lege *retinet...* non vero *retine.*  
 „ 423, „ 11, „ *Quam... „ Suam.*  
 „ 532, no 546, resp. 1º, lin. 3, „ *vel, etiam ad...*  
 Cetera menda, quae pauca quidem exstant, nullo negotio quisque tollet.

## INDEX SYNOPTICUS

## VOLUMINIS PRIMI.

	Pag.
PRAEFATIO PRIMAE EDITIONIS . . . . .	5
EXPLICATIO PRAECIPUORUM SIGLORUM . . . . .	7
PRAEAMBULA . . . . .	9

## THEOLOGIA MORALIS GENERALIS.

## Tractatus I. De actibus humanis.

CAPUT I. De natura actuum humanorum . . . . .	15
CAPUT II. De voluntario et involuntario . . . . .	17
CAPUT III. De iis quae voluntarium tollunt vel minuant . . . . .	25
§ 1. De ignorantia . . . . .	26
§ 2. De concupiscentia . . . . .	30
§ 3. De vi . . . . .	32
§ 4. De metu . . . . .	33
CAPUT IV. De moralitate . . . . .	35
§ 1. De essentia moralitatis . . . . .	38
§ 2. De fontibus moralitatis . . . . .	44
CAPUT V. De merito . . . . .	44

## Tractatus II. De conscientia.

CAPUT I. Notio et divisio conscientiae . . . . .	48
CAPUT II. De conscientia certa . . . . .	49
CAPUT III. De conscientia dubia . . . . .	51
CAPUT IV. De conscientia scrupulosa . . . . .	54
CAPUT V. De conscientia laxa . . . . .	58
CAPUT VI. De probabilismo . . . . .	59
§ 1. Notiones et divisiones . . . . .	62
§ 2. Varia systemata de probabilitate . . . . .	63
§ 3. Demonstratio probabilismi . . . . .	63

§ 4. De regulis secundariis probabilismum determinan-	
tibus . . . . .	76
§ 5. De usu opinionum probabilium . . . . .	79

**Tractatus III. De legibus.**

CAPUT I. De notione et essentia legis . . . . .	83
CAPUT II. De singulis legis elementis.	
§ 1. De auctore legis . . . . .	86
§ 2. De legis objecto . . . . .	89
§ 3. De legis subjecto . . . . .	91
§ 4. De legis promulgatione et acceptatione . . . . .	96
§ 5. De legis obligatione in se ipsa . . . . .	100
§ 6. De ratione satisfaciendi legis obligationi . . . . .	102
§ 7. De legis interpretatione . . . . .	104
CAPUT III. De iis quae a lege excusant . . . . .	106
CAPUT IV. De dispensatione legis.	
§ 1. De natura et auctore dispensationis . . . . .	109
§ 2. De causis dispensationum . . . . .	114
§ 3. De cessatione dispensationis . . . . .	115
CAPUT V. De cessatione legis. . . . .	117
CAPUT VI. De praecipuis legum speciebus.	
§ 1. De lege naturali . . . . .	121
§ 2. De lege positiva divina . . . . .	125
§ 3. De lege ecclesiastica . . . . .	126
§ 4. De lege poenali . . . . .	130
§ 5. De lege irritante . . . . .	132
§ 6. De privilegiis . . . . .	133

**Tractatus VI. De peccatis.**

CAPUT I. De notione et divisionibus peccati . . . . .	136
CAPUT II. De peccati gravitate et levitate . . . . .	138
CAPUT III. De distinctione peccatorum specifica et numerica . . . . .	144
§ 1. De distinctione specifica . . . . .	145
§ 2. De distinctione numerica . . . . .	146
CAPUT IV. De peccatis internis . . . . .	150
§ 1. De desiderio et gaudio . . . . .	151
§ 2. De delectatione morosa . . . . .	153
CAPUT V. De peccatis capitalibus . . . . .	156
§ 1. De superbia . . . . .	157
§ 2. De avaritia . . . . .	158
§ 3. De invidia . . . . .	158
§ 4. De gula . . . . .	159
§ 5. De ira . . . . .	163
§ 6. De acedia . . . . .	164

**THEOLOGIA MORALIS SPECIALIS.****Tractatus V. De praeceptis virtutum theologiarum.****SECTIO I. DE FIDE.**

CAPUT I. Quae mysteria necessario credenda sint . . . . .	169
CAPUT II. De fidei actu interno . . . . .	172
CAPUT III. De fide exterius profidenda.	
§ 1. Regulæ generales . . . . .	173
§ 2. De communicatione cum haereticis et infidelibus . . . . .	176
CAPUT IV. De vitiis fidei oppositis.	
§ 1. De infidelitate . . . . .	180
§ 2. De haeresi et apostasia . . . . .	181
§ 3. De liberalismo . . . . .	183

**SECTIO II. DE SPE.****SECTIO III. DE CARITATE.**

CAPUT I. De praecepto caritatis Dei . . . . .	187
CAPUT II. De praecepto caritatis proximi . . . . .	189
§ 1. De generali obligatione diligendi proximum eique in necessitate opem ferendi . . . . .	190
§ 2. De correptione fraterna . . . . .	193
§ 3. De eleemosyna . . . . .	197
§ 4. De odio et dilectione inimicorum . . . . .	201
§ 5. De scandalo in genere . . . . .	205
§ 6. De cooperatione in genere . . . . .	209
§ 7. De quibusdam speciebus scandali vel cooperationis . . . . .	210
APPENDIX. De virtutibus moralibus . . . . .	223
§ 1. De prudentia . . . . .	224
§ 2. De justitia . . . . .	225
§ 3. De fortitudine . . . . .	228
§ 4. De temperantia . . . . .	234

**Tractatus VI. De praeceptis decalogi.****SECTIO I. DE PRIMO PRAECEPTO.**

CAPUT I. De obligationibus positivis hujus praecepti.	
§ 1. De virtute religionis in genere . . . . .	238
§ 2. De adoratione . . . . .	239
§ 3. De oratione . . . . .	241

CAPUT	II. De vitiis religioni oppositis per excessum.	
	§ 1. De superstitione in genere . . . . .	245
	§ 2. De idolatria . . . . .	246
	§ 3. De divinatione . . . . .	246
	§ 4. De vana observantia et magia . . . . .	249
	§ 5. De maleficio . . . . .	250
	§ 6. De tabulis rotantibus et spiritismo . . . . .	250
	§ 7. De magnetismo animali et hypnotismo . . . . .	252
CAPUT	III. De vitiis religioni oppositis per defectum.	
	§ 1. De tentatione Dei . . . . .	257
	§ 2. De sacrilegio . . . . .	259
	§ 3. De simonia . . . . .	263

## SECTIO II. DE SECUNDO PRAECEPTO.

CAPUT	I. De blasphemia.	
	§ 1. De natura et malitia blasphemiae . . . . .	271
	§ 2. De praxi servanda cum blasphemantibus . . . . .	273
	§ 3. De vana usurpatione nominis Dei . . . . .	277
CAPUT	II. De juramento.	
	§ 1. De natura et divisionibus juramenti . . . . .	278
	§ 2. De condicionibus in juramento requisitis . . . . .	282
	§ 3. De obligatione et relaxatione juramenti promissorii . . . . .	284
	§ 4. De adjuratione . . . . .	287
CAPUT	III. De voto.	
	§ 1. De voti natura et divisione . . . . .	289
	§ 2. De deliberatione et intentione voventis . . . . .	290
	§ 3. De materia voti . . . . .	292
	§ 4. De obligatione voti . . . . .	295
	§ 5. De cessatione obligationis voti ab intrinseco . . . . .	298
	§ 6. De irritatione voti . . . . .	299
	§ 7. De dispensatione voti . . . . .	301
	§ 8. De commutatione voti . . . . .	303

## SECTIO III. DE TERTIO PRAECEPTO.

CAPUT	I. De operibus quae diebus festis prohibentur.	
	§ 1. Determinatio operum prohibitorum . . . . .	305
	§ 2. De causis ob quas liceant diebus festis opera servilia	308
CAPUT	II. De Missa diebus festis audienda	
	§ 1. De ratione qua Missa audienda est . . . . .	311
	§ 2. De causis ob quas licet Missam omittere . . . . .	317

## SECTIO IV. DE QUARTO PRAECEPTO.

CAPUT	I. De officiis liberorum erga parentes . . . . .	320
CAPUT	II. De officiis parentum ergo liberos . . . . .	323
CAPUT	III. De obligationibus conjugum . . . . .	330

CAPUT	IV. De obligationibus dominorum et famulorum . . . . .	331
CAPUT	V. De obligationibus principum et subditorum . . . . .	334

## SECTIO V. DE QUINTO PRAECEPTO.

CAPUT	I. De servanda vita propria	
	§ 1. De propria vita non laedenda . . . . .	342
	§ 2. De positiva cura vitae proprie	
	§ 2. De positiva cura vitae proprie . . . . .	346
CAPUT	II. De occisione malefactoris . . . . .	349
CAPUT	III. De occisione iniqui aggressoris . . . . .	351
CAPUT	IV. De occisione innocentis.	
	§ 1. Principia generalia . . . . .	354
	§ 2. De occisione foetus . . . . .	356
CAPUT	V. De duello . . . . .	360
CAPUT	VI. De bello . . . . .	364

## SECTIO VI. DE SEXTO ET NONO PRAECEPTO.

CAPUT	I. De peccatis luxuria consummatis juxta naturam.	
	§ 1. Notiones praeviae . . . . .	367
	§ 2. De speciebus peccatorum quae juxta naturam con-	
	summantur . . . . .	370
CAPUT	II. De peccatis luxuria consummatis contra naturam.	
	§ 1. De pollutione . . . . .	373
	§ 2. De sodomia . . . . .	380
	§ 3. De bestialitate . . . . .	381
CAPUT	III. De peccatis luxuria non consummatis . . . . .	381
	§ 1. Principia generalia . . . . .	
	§ 2. De quibusdam actibus vel occasionibus impudici-	
	tiae . . . . .	384

## SECTIO VII. DE OCTAVO PRAECEPTO.

CAPUT	I. De mendacio . . . . .	390
CAPUT	II. De detractione . . . . .	395
CAPUT	III. De judicio seu suspicione temeraria . . . . .	403
CAPUT	IV. De contumelia . . . . .	405
CAPUT	V. De violatione secreti . . . . .	407

## Tractatus VII. De paeceptis ecclesiae.

CAPUT	I. De festorum observatione . . . . .	413
CAPUT	II. De jejunio et abstinentia . . . . .	414
	§ 1. De jejunio . . . . .	415
	§ 2. De abstinentia . . . . .	420
	§ 3. De causis a jejunio excusantibus . . . . .	423
	§ 4. De causis ab abstinentia excusantibus . . . . .	426